UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodvs Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

Parisiis, 1644

Octauum Eusebii Pamphili librum ad Euphrationem, cuius initium est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15473

Visual Library

Baſilius ſanctiſſimus epiſcopus Ancyræ dixit: Nihil amplius ſancto reſultat euangelio, quam impia hæc conſcriptio. Conuenienter ergo etiam de imaginibus contrariam opinionem habet.

Sanctiſſimus patriarcha dixit: * Sapienter pater publicat confuſionem & garrulitatem huius codicis.

* Gr. Liquido

Sancta Synodus dixit: Etiam domine.

Nicephorus ſanctiſſimus epiſcopus Dyrrachii dixit: Oportebat domine hoc legi ad ſatisfactionem omnium, & non illud: polluit enim aures noſtras.

Sancta Synodus dixit: Sed ad cautelam bene factum eſt, quod lectum eſt.

Taraſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Euſebium attulerunt in teſtimonium, qui aduerſus venerabiles imagines garrierunt, in epiſtola eius quam ad Conſtantiam Licinii vxorem ſcripſit. Sed videamus, cuius dogmatis ſit Euſebius.

Stephanus reuerendiſſimus monachus legit

Octauum Euſebii Pamphili librum ad Euphrationem, cuius initium eſt.

Domino meo per omnia confiteor. Et poſt alia. Non enim coexiſtere Filiũ Patri, ſed ante fuiſſe Patrẽ quam Filium dicimus. * ergo ſi coexiſtunt, quomodo erat Pater Pater, & Filius Filius? vel quomodo vnus quidem primus, alter vero ſecundus eſt? & alter quidem ingenitus, alter autem genitus? Duo quippe ſi

* nam ſi

Βασίλειος ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας εἶπε· πλεῖον τούτου τοῦ ἀσεβοῦς συγγράμματος ἄλλο τι τῷ ἁγίῳ εὐαγγελίῳ οὐ μάχεται. εἰκότως οὖν καὶ περὶ τῶν εἰκόνων τὴν ἐναντίαν δόξαν ἔχει.

Ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπε· σαφῶς ὁ πατὴρ θριαμβεύει τὴν αἰσχύνην καὶ τὴν φλυαρίαν τοῦδε τῆς βίβλου.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· ναὶ δέσποτα.

Νικηφόρος ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος τοῦ Δυρραχίου εἶπεν· ἔδει δέσποτα τοῦτο ἀναγνωσθῆναι πρὸς πληροφορίαν πάντων, καὶ μὴ ἐκεῖνο· ἐμόλυνε γὰρ τὰ ὦτα ἡμῶν.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· ἀλλὰ πρὸς ἀσφάλειαν καλῶς ἐγένετο, ὅτι ἀνεγνώσθη.

Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπεν· Εὐσέβιον προσήγαγον εἰς μαρτυρίαν οἱ κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων φλυαρήσαντες, ἐν τῇ ἐπιστολῇ αὐτοῦ τῇ πρὸς Κωνσταντίαν τὴν τοῦ Λικιννίου γυναῖκα γραφείσῃ. καὶ ἴδωμεν ποίας δόξης ἐστὶν ὁ Εὐσέβιος.

Στέφανος ὁ εὐλαβέστατος μοναχὸς ἀνέγνω.

Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου πρὸς Εὐφρατίωνα· οὗ ἡ ἀρχή.

Τῷ δεσπότῃ μου κατὰ πάντα ὁμολογῶ. καὶ μεθ' ἕτερα. οὐ γὰρ συνυπάρχειν φαμὲν τὸν υἱὸν τῷ πατρί, προϋπάρχειν δὲ τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ. ἐὰν γὰρ συνυπάρχωσι, πῶς ἔσται ὁ πατὴρ πατήρ, καὶ ὁ υἱὸς υἱός; ἢ πῶς ὁ μὲν πρῶτος, ὁ δὲ δεύτερος; καὶ ὁ μὲν ἀγέννητος, ὁ δὲ γεννητός; δύο γὰρ

ANNO CHRISTI 787.

ἐξ ἴσου ὁμοίως ἀλλήλοις συνυπάρχοντα, ἰσότιμα ἂν νοοῖντο· καὶ ἤτοι ἄμφω, ὡς ἔφην, ἀγέννητα, ἢ ἑκάτερα γεννητά. ἀλλ' οὐδέτερον τούτων ἀληθές· οὔτε γὰρ τὸ ἀγέννητον, οὔτε τὸ γεννητὸν ἂν εἴη· ἀλλὰ τὸ μὲν πρῶτον καὶ κρεῖττον καὶ τάξει καὶ τιμῇ τοῦ δευτέρου ἡγεῖται, ὡς ἂν καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ τοιῶσδε εἶναι τῷ δευτέρῳ αἴτιον γεγενημένον.

Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης κατ' ἐρώτησιν εἶπε· δεχόμεθα τοῦτον;

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· μὴ γένοιτο δέσποτα. οὗτος πλεῖον ἐκείνων μισείσθω.

Βασίλειος ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος Ἀγκύρας εἶπε· μὴ γένοιτο Χριστιανῷ ἀνθρώπῳ τοῦτο λέγειν. καὶ ἀνεγνώσθη ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς. Τὸν αὐτὸν δὲ καὶ μόνον ἀληθινὸν εἶναι διδάσκει δι' ὧν φησιν· ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν. οὐχὶ ὡς ἑνὸς ὄντος μόνου τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἑνὸς ὄντος μόνου ἀληθινοῦ θεοῦ, μετὰ προσθήκης ἀναγκαιοτάτης τοῦ, ἀληθινοῦ. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς θεὸς μὲν ὁ υἱός, ἀλλ' οὐκ ἀληθινὸς θεός· εἷς γάρ ἐστι καὶ μόνος ἀληθινὸς θεός, διὰ τὸ μὴ ἔχειν πρὸ αὐτοῦ τινά. εἰ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ἀληθινός, ἀλλ' ὡς εἰκὼν τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ εἴη ἂν καὶ θεός· ἐπεὶ καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, οὐ μὴν ὡς ὁ μόνος ἀληθινὸς θεός.

Χριστοφόρος ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας Κυριακῆς εἶπε· πανάγιε δέσποτα καὶ πᾶσα ἡ ἁγία καὶ ἱερὰ σύνοδος, ὥσπερ ἡμεῖς ἔχομεν τὰ θεόγραφα βιβλία ἀποστόλων καὶ προφητῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων, οὕτως ἔπρεπε καὶ τῷ ψευδοσυλλόγῳ ἐκείνῳ ἔχειν

ex æquo ſimiliter inuicem conſiſtunt, & æqualiter honorantur, intelligi datur, aut vtroſque, vt dixi, ingenitos, aut vtroſque genitos eſſe. Sed neutrum eorum verum eſſe dignoſcitur. *neque enim ingenitum, neque genitum vtrumq; conſiſtit: ſed vnum quidem primum & maius eſt, atque ordine & honore ſecundum præcedit, * ita ſecundo vt cauſa ſit & exiſtendi & huiuſcemodi exiſtendi.

* *Gr.* neque enim eſſent ingenitum & genitum: ſed

* *Gr.* vtpote ſecundo cauſa & exiſt.

Taraſius ſanctiſſimus patriarcha interrogando quibuſdam dixit: Suſcipimus hunc?

Sancta Synodus dixit: Abſit domine. Iſte pluſquam illi odio habeatur.

Baſilius ſanctiſſimus epiſcopus Ancyræ dixit: Abſit vt Chriſtianus homo hoc dicat. Et lectum eſt ex eadem epiſtola. Eumdem autem & ſolum verum eſſe docet per ea quæ ait: *Vt ſciant te ſolum verum Deum:* *Ioan.* 17. non quaſi vnus ſolus eſſet Deus, ſed tamquam vnus exiſteret verus Deus cum additamento perneceſſario veri. Nam & ipſe quidem Filius Deus, ſed non verus Deus: vnus enim eſt & ſolus verus Deus, eo quod non habeat ante ſe quemquã. Quod ſi & ipſe Filius verus eſt, ſed ſicut imago veri Dei, ſic dumtaxat & Deus eſt. Nam & Deus erat Verbum, non tamen vt ſolus verus Deus.

Chriſtophorus ſanctiſſimus epiſcopus ſanctæ Cyriacæ dixit: Sanctiſſime domine, totaque ſancta & ſacra Synodus, quemadmodum nos habemus diuinitus conſcriptos libros apoſtolorum & prophetarum & ceterorum ſanctorum, ita decebat & pſeudoſyllogum illud

talia habere volumina in teſtimonium & virtutem.

Sancta Synodus dixit: Anathema & libris illis, & vtentibus eis.

Petrus & Petrus Deo amabiles preſbyteri, & locum obtinentes Hadriani papæ ſenioris Romæ, dixerunt: Oſtendit hæc lectio, quod Arianorum habuerit ſenſum. habebat autem prolatus liber Euſebii & alias blaſphemias, quas Synodus audire non pertulit.

Taraſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Conſcripta eius abiicimus.

Sancta Synodus dixit: Et abiicimus, & anathematizamus.

Stephanus reuerendiſſimus monachus legit.

Antipatri epiſcopi Boſtræ contradictiones in Euſebium epiſcopum Cæſariæ pro Origenis defenſione, ſermo primus, cuius initium eſt.

Ego quidem ſufficienter æſtimabam me ſcripſiſſe, & his quæ a tua ſanctitate iuſſa ſunt, ſatisfeciſſe, per omnia Deo amabilis & ſanctiſſime pater Ioannes. Et poſt pauca. Quoniam multus in hiſtoriis fuit vir, omnia antiquorum volumina & conſcripta ſcrutatus atque rimatus, & cunctas ferme opiniones exponens, & plurima conſcripta in ſæculo derelinquens, quorum nonnulla omni receptione digna conſiſtunt, talis viri opinione vtentes, ſubripere conantur nonnullos, fatentes quod Euſebius * ad hoc non traheretur vidiſſe, niſi omnes ad li-

* Gr. noluiſſet hoc ſuſcipere, niſi

τοιαῦτα βιβλία εἰς μαρτυρίαν καὶ δύναμιν.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν· ἀνάθεμα ταῖς βίβλοις ἐκείναις, καὶ τοῖς χρησαμένοις αὐταῖς.

Πέτρος καὶ Πέτρος οἱ θεοφιλέστατοι πρεσβύτεροι καὶ τοποτηρηταὶ Ἀδριανοῦ πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης εἶπον· ἔδειξεν αὕτη ἡ ἀνάγνωσις, ὅτι Ἀρειανῶν εἶχε φρόνημα. εἶχε δὲ ἡ προσαχθεῖσα βίβλος Εὐσεβίου καὶ ἑτέρας βλασφημίας, ὧν ἡ σύνοδος ἐπακοῦσαι οὐκ ἠνέσχετο.

Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπε· τὰ συγγράμματα αὐτοῦ ἀποβαλλόμεθα.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· καὶ ἀποβαλλόμεθα, καὶ ἀναθεματίζομεν.

Στέφανος ὁ εὐλαβέστατος μοναχὸς ἀνέγνω.

Ἀντιπάτρου ἐπισκόπου Βόστρης ἀντίρρησις τῆς Εὐσεβίου ἐπισκόπου Καισαρείας ὑπὲρ τῆς Ὠριγένους ἀπολογίας, λόγος πρῶτος, οὗ ἡ ἀρχή.

Ἐγὼ μὲν ἀρκούντως ἐνόμιζον γεγραφηκέναι, καὶ τὸ ἱκανὸν τοῖς παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος ἐπιταχθεῖσι ποιῆσαι, τὰ πάντα θεοφιλέστατε καὶ ὁσιώτατε πάτερ Ἰωάννη. καὶ μετ' ὀλίγα. ἐπεὶ γὰρ πολυΐστωρ ὁ ἀνὴρ γέγονε, πάσας τὰς τῶν ἀρχαιοτέρων βίβλους τε καὶ συγγράμματα ἐξερευνήσας καὶ ἀνιχνεύσας, καὶ τὰς πάντων μικροῦ δεῖν δόξας ἐκθέμενος, καὶ πλεῖστα συγγράμματα καταλείψας τῷ βίῳ· ὧν ἔνια καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξια τυγχάνει τῇ τοιαύτῃ τοῦ ἀνδρὸς ὑπολήψει χρώμενοι, συναρπάζειν ἐπιχειροῦσιν ἐνίους, ὡς ὅτι, φησὶν, οὐκ ἂν εἵλετο Εὐσέβιος ἐπὶ τοῦτο ἰδεῖν, εἰ μὴ πάσας

Anno Christi 787.